



Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de
Coloniae Agrippinae, 1655**

Cap. V. Quaenam Catholici omnes in his Calvinianorum sententiis
desiderent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

gratia fœdus cum peccatoribus & damnationi obnoxii hominibus inire & sancire potuerit ac voluerit.

3. Et si Christus pro omnibus & singulis hominibus reconciliationem cum Deo & remissionem peccatorum promoveret, nemo tamen secundum Novi & gratiosi fœderis patrum, aliter, quam per fidem beneficiorum mortis Christi partorum re ipsa sit parviceps: nec peccata hominibus peccatoribus remittuntur, antequam actum & vère in Christum credant.

4. Credere Christum pro se mortuū esse, iij soli tenentur, pro quibus Christus mortuus est. Reprobi vero, quos vocant, reliqui Calvinistæ, nèpe Gomaristæ pro quibus Christus mortuus non sit, ut ijdem volunt nec ad istam fidem obligari, nec proper incredulitatem contrariam iuste possint damnari: quin si qui tales Reprobi essent iij credere tenentur Christum pro semortuum non esse.

Hæc Remonstrantium Calvinianorum contra Fratres suos erat sententia prolixè in actis eorumdem à pag. 281 ad 370 probata, in quanom procul abirent a veritate nisi in 3. Thesi nimium soli Fidei Historice vim, neglecta caritate deditissent & Baptismum omisissent in parvulis, vt viam salutis. Post de Dei Gratia eisq; operatione in Homine ijdem Remonstantes A. 1619.16. Dec. XII. exhibuerunt Theses parte 1. Actorum suorum pag. 1. expellas, quas etiam usque ad pag. 183. comprebare adversus ceteros Calvinistas allaborarunt. Sed eas ob materię illius subtilitatem omitendas iudicauit. Denique de Fidelium Perseverantia octonas Theses cum posuissent easdem ad pag. 349. comprobabant Hæc obiter attingere necessarium fuit, vt ea, quæ ex Tridentino afferentur adversus sectarios Concilio, eluceant, nec contra umbras definita putentur.

Quidnam in his Calvinianorum tam Remonstrantium, quam Conta-Remonstrantiura sententijs, de prædestinatione improbent Catholici.

CAP. V.

I. Iudicium de duabus sententijs Calvinianorum in Communi.

II. Iudicium de iisdem magis in specie.

IV. Niversim Ecclesia Romana, vt sapientissima Ecclesiarū omniū mater, monente Apostolo opravit, vt a retam ardua, qualis est prædestinationis, filij sui lacte opus habentes, extra Theo-

logicas Scholas & Concilia rite indicata, abstinerent. Et ut etiam hi ipsi, quibus ea de re agendi est potestas, magna sobrietate eam materiam tractarent, quin & prohibuit de aliquot, hanc materiam concernentibus quæstionibus, typis quicquam vulgari. Cui etiam prohibitioni sanctissime Magi in Ecclesia Doctores paruisse noscuntur. Damnatur igitur in utraque Calvinianorum factio- ne ausus temerarios, quibus illi inducti illotis, ut dicuntur, manibus sanctum attingere sunt ausi, doletque tantam blasphemiarum copiam miserere plebi esse in manus datam, dum in foro & muro, in transitis & forulis de tam grandibus mysterijs, aperto puto abyssi disputatur ut plebes gattendo & cirrando & blasphemando aerem, id est Ecclesiam, ac solem Apocalypticum (a) nempe divinitatem, tanquam errorum eclipsibus innumeris obscurant. Atque ideo eadem Ecclesia Romana spiritu Dei docta suos, & omnes pariter alloquitur (b) Eili caueas disputatione altis materiis, & de occultu iudicii; curiste sic relinquitur, & ille ad tanum gratiam assumitur: cur etiam ille tam eximie exaltatur. Ista omnem humanam facultatem excedunt nec ad inuestigatio- nes iudicium diuinum; ullaratio prævaleat vel dispu- tatio. Quando ergo hoc tibi suggerit inimicus, vel etiam quidam curiosi inquirunt homines, responde illud Propheta: Injustus es Domine & rectum iudicium tuum; & iudicia Domini vera iustificata in semetipsa. Et: Cum quidam anxius inter metum & spem fre- quenter fluctuaret, & quadam vice mædere confedit in Ecclesia ante quoddam altare se in oratione prostrauisset, hac intra se revoluit dicens; Si scirem, quod adhuc perseverauerimus esse! statimque audiuit diuinum re- sponsum: Quod si hec scires, quid facere vellest. Eacum, quod tunc facere velles, & bene securus eris. Moxque conjolatus & confortatus diuina se commisit voluntati, & cessauit anxia fluctuatio. Hæc in commune cun- quis suadet spiritus Dei, maxime plebi.

2. Quid vero eruditioribus eadem Romana tenendum tradat Ecclesia, sobrie prorsus in Tridentino Concilio exarat Sels 6 cap. 12. tanta certe sobrietate, vt temerarium vulgus omnino in suborem det. Audiamus. Nemo, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano diuina prædestina- tionis mysterio, si que adeo præsumere debet, vt certo statuerit se omnino esse in numero prædestinorum: quasi verum esset, quod iustificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccauerit, certam sibi respicientiam pro- mittere a Apoc. cap. 9. b Thom. Kemp. lib. 3. Imit. Christi. 78. c apud Gund. lib. 1. c. 25.

mittere debent; nam, nisi ex speciali revelatione sciri non posset, quos Deus elegit. His adiungo ex eadem sessione Canones, ex quibus optime selectam abit, qui in hac palestra cum Calvinianis confliget, ut a neutra eorum factione perdatur.

DE IUSTIFICATIONE.

CANON I.

Si quis dixerit, e hominem suis operibus, que vel per humanan nature, vel per legis doctrinam siant absque divina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo; anathema sit. c. sup. c. 1. & 3. Rom. 3.1. Cor. 1.5.

CANON II.

Si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam per Christum Iesum dari, ut facilius homofieisti vivere; aut vitam aternam promereri possit, quas per liberum arbitrium sine gratia verumq; sed agre tamen, & difficulter possit; anathema sit. f. &c. Milevut c. 5. Cœc. Afri. cap. 30. & c. ult. de conse. dist. 4.

CANON III.

Si quis dixerit, sine preventione & Spiritu sancti inspiratione, ac que eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conseratur, anathema sit. g. Cœc. Arauf. 2. c. 6. supra cap. 5. Rom. 5.

CANON IV.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo mortum, & excitatum nihil cooperari assentendo Deo excitati, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac prepararet, neq; posse dissentire, si velit, sed velut inanime quoddam nō omnino agere, merequæ passiū vē se habere, anathema sit.

CANON V.

Siquis liberum hominis arbitrium post Ad peccatum amissum, & existitum esse dicere, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sinere, segmentum deniq; à satana in ecclesiam in Ecclesiam: anathema sit. h. Vide Aug. lib. 1. cont. 2. epist. Pelag. c. 2.

CANON VI.

Si quis dixerit, in non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed malas opera ita, ut bona Deum operari, non permittat solum, sed etiam propriè. & per se, adeo, ut sit proprium eius opus non minus traditio Iude, quam vocatio Pauli: anathema sit: i. Vide Aug. lib. 1. cont. 2. epist. Pelag. c. 3. & Prosp. Senten. 14. ad cap. Gallorum, & respon. ad O. obiect. Vincent. Ioua. 1. Cont. Arausium. 2. circa f.

CANON VII.

Si quis dixerit, opera omnia, que ante iustificationem, sunt, quacumque ratione facta sint, verè esse peccata vel odium Dei mereri, aut, quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto cum gravius peccare; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, k gehennæ merum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo configimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peieres facere: anathema sit. k. Psal. 1. 7. Luc. 12. & Marc. 9. in fin.

CANON IX.

Si quis dixerit, I sola fide impium iustificari, ita ut intelligent nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiæ consequendā cooperetur, & nulla ex parte necesse esse cum sua voluntatis motu preparari, atq; disponi; anathema sit. l. supr. c. 1. & 2.

CANON X.

Si quis dixerit, homines, m sine Christi iustitia, per quæ nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iuste esse: anathema sit. m. sup. c. 7. Gal. 2. & 5. Eph. 1. & 4.

CANON XI.

Si quis dixerit, homines iustificari vel sola imputatio iustitia Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa sagrata, & caritate, que in cordibus & eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhereat; aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum favorem Dei anathema sit. n. Rom. 5.

CANON XII.

Si quis dixerit, o fidem iustificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divina misericordia, peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur: anathema sit. o. supra cap. 9.

CANON XIII.

Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum a sequendam necessarium esse, ut credat certò, & absque ulla habitatione propria infirmitatis & indispositionis peccata sibi remissa: anathema sit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, p hominom à peccatis absolvi, ac iustificari ex eo, quod se absolvi, ac iustificari certo credat; an neminem verè esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici, anathema sit. p. supr. c. 9.

C. A.

CANON XV.

Si quis dixerit, d hominem renatum, & iustificatum tenet ex fide ad credendum, se certò esse in numero prædestinationum: anathema sit. d Aug. c. 13. lib. de corpore & gratia, supr. c. 12.

CANON XVI.

Si a quis magnum illud usque in finem perseverantia donum se certò habiturum, absoluta, & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit: anathema sit. a Aug. li. de bono persev. c. 13. supra c. 12. & 13. Gal. 3. Ezech. 13.

CANON XVII.

Si quis iustificationis gratiam non nisi prædestinationis ad vitam contingere dixerit; reliquos verò omnes, qui vocantur, vocari quidem sed gratiam non accipere, ut possib. divina potestate prædestinatos ad malum: anathema sit. b Conc. Araf. 2. c. 25.

CANON XVIII.

Si quis dixerit, c Dei precepta homini etiam iustificare, & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit. c supra c. 11. l. Ioap. 5.

CANON XIX.

Si quis dixerit, nihil preceptum esse in Euangeliō praeter fidem, cetera esse indifferentia, neque precepta, neque prohibita, sed libera: aut decem precepta nihil pertinere ad Christianos anathema sit.

CANON XX.

Si quis hominem iustificatum, & d quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei, & Ecclesie, sed tantum ad credendum: quasi verò Euangelium sit nuda, & absolute promissio vita eterna, sine conditione obseruationis mandatorum: anathema sit. d Similis error erat B. gordorum à Concil. Vicanensi damnatorum sup. cap. 11.

CANON XXI.

Si quis dixerit, Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem, cui fidant, non etiam ut legislatorem, cui obediant: anathema sit.

CANON XXII.

Si quis dixerit, b iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei, in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eontra posse: anathema sit. b supr. 13.

CANON XXIII.

Si quis hominem semel iustificatum dixerit c amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum, qui labitur, & peccat, numquam verò fuisse iustificatum, aut contra posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio,

quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia: anathema sit. c sup. 3. 14.

CANON XXIV.

Si quis dixerit, d iustitiam acceptam non conseruari, atque siam augeri coram Deo per bona opera: sed opera ipsa fructus solammodo, & signa esse iustificationis adepta, non autem ipsius augenda causam: anathema sit. o sup. c. 10.

CANON XXV.

Si quis in quodlibet bono opere insulm. e saltē venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideo pœnal eternas meritis tantumque ob id non damnari, quia Deus eius opera non impetrat ad damnationem: anathema sit.

CANON XXVI.

Si quis dixerit, a iustis non debere pro bonis operibus, qua in Deo fuerint facta, expectare, & sperare eternam retributionem à Deo per eius misericordiam, & leisu Christi meritum, si bene agendo, c diuina manda custodiendo usque b in finem perseverarint; anathema sit. a supra c. 16. b Mat. 14.

CANON XXVII.

Si quis dixerit, c nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio, quantumvis graui & enormi praterquam infidelitatis, peccato semel acceptam gratiam amitti: anathema sit. c. i. Cor. 6. supr. c. 15.

CANON XXVIII.

Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti, aut fidem, qua remanet, non esse veram fidem, licet non sit vivua; aut eum, qui fidem sine caritate habet, non esse Christianum: anathema sit.

CANON XXIX.

Si quis dixerit, eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere, aut posse quidem, sed iusta fide amissam iustitiam recuperare sine sacramento Pœnitentie, prout sancta Romana, & universalis Ecclesia à Christo Domino, & eius Apostolu edicta, huc usque professa est, seruauit, & docuit: anathema sit.

CANON XXX.

Si quis post acceptam iustificationem gratiam cuilibet peccatori penitentii ita culpam remitti, & reatum eternae penae deleri dixerit, e vi nullus remaneat reatus pene temporalis exoluende vel in hoc saeculo, vel in futuro in Purgatorio, aniquam ad regna celorum adiutus patere possit: anathema sit. c Scilicet 14. c. 8. & infra Scilicet 15. in primis.

CA-

CANON XXXI.

Siquis dixerit, iustificatum peccare g. dum intuitu e. terna mercede bene operatur; anathema sit g. supra c. 12. in fin.

CANON XXXII.

Si quis dixerit, hominist iustificati bona opera ita esse bona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita aut ipsum iustificatum bonis operibus, que ab eo per Dei gratiam, & Iesu Christi meritum, eius vivum membrum est, sunt, non vere mereri augmentum gratie, vitam eternam, & ipsius vita eterna, si tamen in gratia accesserit, consecutionem atque etiam gloria augmentum; anathema sit.

CANON XXXIII.

Siquis dixerit per hanc doctrinam Catholicam de iustificatione, à sancta Synodo hoc presenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriae Dei, vel meritis Iesu Christi Domini nostri, derogari, & non potius veritatem fidei nostra, Dei denique ac Christi Iesu gloriam illustrari; anathema sit.

Arque est sobria Romanæ Ecclesiæ doctrina, quæ reliquis subtilitatibus in hac materia ex Sp. S. dictamine definiendis manum hastenus prudenter admonere superedit, nisi in eo q. S. D. N. Innocentiu. X. P. M. quædam hue pertinentia, definire necessitas Belgij & Galliæ coegerit, quæ non incongrue præmissis adnecto.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SER-

vus SERVORUM DEI.

Universis Christi fidelibus Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

*C*um occasione Impressionis libri, cui Titulus, Augustinus Cornelij Jansenij Episcopi Ippenii, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præsertim in Gallijs, controversia super quinque ex illis, Cöplures Galliarum Episcopij apud Nos institerunt, uti easdem Propositiones Nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque eorum certam, & perspicuum ferremus sententiam.

Tenor vero praefatarum Propositionum est pro ut sequitur.

Prima: Aliqua Dei precepta Hominib[us] iustis volentibus, & conantibus, secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilias; deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant: Temerariam, Impianam, Blasphemiam. Anathemate damnatam, & Hæreticam declaramus, & ut talem damnamus.

Secunda: Interiori Gratia, in statu Naturæ lapsi, nonquam ressurgit.

Tertia: Ad merendum, & demerendum in statu Naturæ lapsi non requiritur in Homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à Conatione: Hæreticam declaramus, & ut talem damnamus.

tate sed sufficit libertas à Conatione.

Quarta: Semipelagiani admittebant præventionis, Gratia interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant Hæretici, quod vellente eam Gratiam tamē esse, cui posset Humana voluntas resistere, vel obtemperare.

Quintam: Semipelagianum est dicere, Christum omnibus omnino Hominibus mortuū esse aut sanguinē fuisse.

NOS, quibus iuter multiplices curas, qua animum nostrum assidue pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei Nobis ex Alto commissa, purgatis pravarum Opinionum erroribus, turba militare, & tanquam Navis in tranquillo Mari, sedatis omnium tempestatum fluctibus, ac procellis, securè navigare, & ad optatum salutis Portum pervenire possit.

Pro rei gravitate, coram aliisque S. R. E. Cardinalibus ad id specialiter sepius congregatis, à pluribus in Sacra Theologia Magistris, eisdem Quintaque Propositiones, uti supra Nobis oblatas, fecimus singulatim diligenter examinati, eorumque suffragia, cum voce, tum scripto relato maturè consideravimus, eodemque Magistros varijs coram Nobis actis Congregationibus, prolixè super eisdem, ac super eam qualibet disseceres audivimus.

Cum autem ab initio huiuscmodi discussionis ad divinum implorandum Auxilium multorum Christifidelium preces, tum privatum, tum publicè indiximus, postmodum iteratis eisdem ferventius, ac per Nos sollicitè implorata Sancti Spiritus Assistantia, tandem Divino Numine favete, ad infra scriptam devenimus Declarationem, & Definitionem.

Primam prædictarum Propositionum: Aliqua Dei precepta Hominibus iustis volentibus, & conantibus, secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilias; deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant: Temerariam, Impianam, Blasphemiam. Anathemate damnatam, & Hæreticam declaramus, & ut talem damnamus.

Secundam: Interiori Gratia, in statu Naturæ lapsi, nonquam ressurgit: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Tertiam: Ad merendum, & demerendum in statu Naturæ lapsi non requiritur in Homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à Conatione: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quartam: Semipelagiani admittebant præventionis Gratia interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant Hæretici, quod vellente eam

Bbb.

Gra.

Gratiam talem esse, cui humana voluntas posset resistere, vel obtemperare: Falsam & Hæreticam declaramus, & uti talem damaamus.

Quintam: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut Sanguinem judisse; Falsam, Temeritatem, Scandalosam; & intellectam eosens, ut Christus pro salute dumtaxat Prædestinatos moreus sit: Impiam, Blaspphemam, Contumeliosam, Divinæ Piorati Dergantem, & Hæreticam declaramus, & uti talem damaamus.

An. à Nat. D. N. Iesu Christi M. DC LIII. Indictione VI. Ep. nona die Mensis Junij affixa & publicata Roma, ac deinceps per alias Christiani Orbis Provincias, ad quas pertinebat.

Hac damnatione perstricta est Gomaristarum doctrina, de quorum promulgatis & sentenis, cu[m] fuerunt ex Propositiones. Etenim i. Propositio ab Innocentio X. damnata est Gomaristarum, quā Remonstrantes damnarunt Actorum suorum patre; Thesi 6. & ostendunt pag. 33. à Gomaristis doctam esse, adductis verbis i. forummet Authorum ex collatione Hagieni pag. 57. & 209. Triglandio, Geselio, Calvino, Beza, Zgregatedo, Piscatore, Damanno, Dontecklio, Thyfio, Martyre, Zanchio, Zeppero &c. Calvinianis.

II. Propositio damnata ab Innocentio X. etiam est Gomaristarum, uti ostendunt Remonstrantes Actorum suorum parte; à pag. 19. ex collationis Hagieni pag. 207. 208. Thisij, Triglandij, Dangui, Dammanni, Smouti, Geselij, Zanchij, Doreckij, Gomari, Calvinique &c. Gomaristarum ipsissimis verbis, & amplius à pag. 10 ibidem probant à Gomaristis doceri: damnantque Thesi sua.

III. Propositio ab Innocentio X. damnata est eorumdem Gomaristarum, qui inter Antelapsarios, & Sublapsarios medium sententiam inducere voluerunt, dicendo Homines eo quod à Deo ad malum seu peccatum non cogantur, sed solum alliciendo vel arcana voluntate necessitentur, liberte satis peccare, & esse inexcusabiles a damnatione &c. ostendunt id & damnant Remonstrantes in suis Fratribus Calvinianistum alibi, ut Actorum suorum parte 3. à pag. 71. tum parte 2. pag. . ubi irrident eos qui sperant illo effugio se posse efficere, ne dicatur Deus ad peccata cogite, si solum arcano modo & voluntare necessiter homines ad peccatum.

IV. Propositio ab Innocentio X. damnata; etiam fuit Gomaristarum, ut pater prolixissime ex Actis Synodi Dordracenæ, in qua Gomaristæ pravates, fratres suos in Schola Calvini Arminianos obi

quod docerent Gratiam Dei talem esse, cui humana voluntas posset resistere, damnauit, & Semipelagianos idcirco vocauit.

V. Propositio ab Innocentio X. damnata, etiam est Gomaristarum, uti patet ex parte 2. Acto i. à Remonstrantibus editorum à pag. 189. ad pag. 170. maximè à pag. 287. ubi Remonstrantes suorum Contra-Remonstrantium verba incipiunt adnumerare, quibus impidi docent Christum D. N. non pro omnibus hominibus, sed solum pro Electis seu prædestinatis fuisse paclum.

Habet igitur Romana Ecclesia hanc gloriam, quæ uti à suo Episcopo Innocentio I. vidit damnatos Abnegatores Gratiae-hæreticos Pelagianos; ita à suo Innocentio X. viderit oppressos, alios hæreticos, qui Gratia affinxerunt irresistibilem & necessitatē, & habet Ecclesia Cathol. tam errandi, quā caritate scindendi periculis paternè liberata, unde patri suo amantissimo semper gratias agat memoriamque eius in benedictione conservet semipernam.

De Confessione Belgicarum Ecclesiarum & quænam circa eam acciderint;

C A P U T V. I.

I. Confessionis illius Argumentum, origo, & probur.

II. Summarie coonta in ea Confessione dogmata.

III. Errores graves in ea Confessione admissi.

IV. Quod hos errores Armenianis Remonstrantes agnoverunt.

V. Dei Providentia & in Ecclesiam Catholicam beneficentia in eo quod permisit Remonstrantes op[er]i primi à Gomaristis.

I. Confessio Ecclesiarum Belgicarum, pluibus Gallica An. 1562. Belgica sapientia, Latina, Germanica imo Graeca etiam linguis edita, constat XXXVII. articulis cōpletib[us] ut Titulus ait, *summam doctrinæ de Deo, & eterna animarum salute. Non est autem arbitrandum, quasi olim Belgicarum Ministri, aliquando in unum locum congregati, dogmata huiusc Confessionis inter se collata, matu[m] liberatione, & Doctorum hominum oppositione aut examine multo præmisso, demum consentiendo unanimiter concilierint, & populo credendatenendaq[ue] proposuerint, uti in Sacrosanctis Ecclesie Cathol. Concil. fieri consuetum est. In Trid. facta fuisse cōstat; sed omnia Confessionis illius dogmata & eorum methodus, non est aliud: quam priuati doctoris in museo reformatæ Theologiz conceptum temere opus (si q[uod] dema p[ro]p[ter]ea.*